

Mattheus

Sitini: et non dedistis mihi potum. Hominis
 spes eram: et non collegistis me. Nudus
 et non operuistis me. Infirmus et in car-
 cere: et non visitastis me. Tunc responde-
 bunt ei et ipsi dicentes: Domine. quando
 te vidimus esurientem. aut sitientem. aut
 hospitem. aut nudum. aut infirmum. aut
 in carcere et non ministravimus tibi? Tunc
 respondebit illis dicens: Amen dico vo-
 bis: quod cum non fecistis vni de minoribus
 his: nec mihi fecistis. Et ibunt hi sup-
 plicium eternum. iusti autem in vitam
 eternam.

Job. 5. e

Mr. 14. a.
Luc. 22. a.
Job. 12. a.

Mr. 14. a.
Luc. 7. f.
Job. 12. a.

Mr. 14. b.
Luc. 22. a.

L factum est cum consummasset ie-
 sus sermones hos omnes: dixit
 discipulis suis. Scitis quod post
 biduum pascha fiet. et filius hominis tradet
 ut crucifigatur: Tunc congregati sunt prin-
 cipes sacerdotum. et seniores populi in
 atrium principis sacerdotum. qui dice-
 batur cayphas. et consilium fecerunt ut ie-
 sum dolo tenerent et occiderent. Dicebat
 autem Non in die festo. Ne forte tumultus
 fieret in populo. Cum autem esset iesus in
 bethania in domo simonis leprosi. acces-
 sit ad eum mulier habens alabastrum un-
 guenti preciosi. et effudit super caput ip-
 sius recumbentis. Videntes autem di-
 scipuli indignati sunt dicentes: Ut quid
 perditio hec? Potuit enim istud veni-
 dari multo. et dari pauperibus. Sciens
 autem iesus ait illis: Quid molesti estis
 huic mulieri? Opus enim bonum operata
 est in me. Nam semper pauperes habetis
 vobiscum: me autem non semper habebitis.
 Mittens enim hoc unguentum hoc in cor-
 pus meum ad sepeliendum me fecit. Amen
 dico vobis: ubicumque predicatus fuerit
 hoc evangelium in toto mundo. dicetur
 et quod hec fecit in memoriam eius. Tunc
 abiit vnus de duodecim qui dicebatur
 iudas scarioth. ad principes sacerdotum
 et ait illis: Quid vultis mihi dare. et ego
 vobis eum tradam. At illi constituerunt
 ei triginta argenteos. Et exinde quere-
 bat opportunitatem ut eum traderet. Pri-
 ma autem die agymorum accesserunt di-

scipuli ad iesum. dicentes: Vbi vis pa-
 remus tibi comedere pascha? At iesus di-
 xit: Ite in civitatem ad quendam. et vi-
 cite ei: Magister dicit. tempus meum prope
 est: apud te facio pascha cum discipulis
 meis. Et fecerunt discipuli sicut consti-
 tuit illis iesus. et paraverunt pascha. Ve-
 sper autem facta: discumbebat cum duo-
 decim discipulis suis. Et edentibus illis
 dixit: Amen dico vobis: quia vnus ve-
 strum me traditurus est. Et contristati
 valde ceperunt singuli dicere: Nunquid
 ego sum domine? At ipse respondens ait:
 Qui intingit mecum manum in parapside:
 hunc me tradet. Filius quidem hominis va-
 dit sicut scriptum est de illo. Et autem
 homini illi. per quem filius hominis tra-
 detur. Bonum erat ei. si natus non fuisset
 homo ille. Respondens autem iudas qui tra-
 didit eum dixit: Nunquid ego sum rab-
 bi? Ait illi: Tu dixisti. Cognatibus autem
 eis accepit iesus panem et benedixit ac fre-
 git. et deditque discipulis suis et ait: Accipi-
 te et comedite. hoc est corpus meum. Et ac-
 cipiens calicem gratias egit. et dedit illis
 dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim
 sanguis meus novi testamenti: qui pro mul-
 tis effundetur in remissionem peccatorum.
 Dico autem vobis: non bibam amodo
 de hoc genimine vitis usque in diem illud
 cum illud bibam vobiscum novum in re-
 gno patris mei. Et hymno dicto. exie-
 runt in montem oliueti. Tunc dicit illis
 iesus. Omnes vos scandalum patiemini
 in me in ista nocte. Scriptum est enim.
 Percutiam pastores. et dispergentur oves
 gregis. Postquam autem resurrexero. precedam
 vos in galileam. Respondens autem pe-
 trus ait illi: Et si omnes scandalizati fue-
 rint in te: ego nunquam scandalizabo. Ait
 illi iesus. Amen dico tibi: quia in hac nocte
 antequam gallus canteret. ter me negabis. Ait
 illi petrus: Etiam si oportuerit me mori
 tecum: non te negabo. Similiter et om-
 nes discipuli dixerunt. Tunc venit iesus
 cum illis in villam que dicitur gethsemani.
 Et dixit discipulis suis. Sedete hic:

Mr. 14. b.
Job. 13. e.

Mr. 14. b.
Lu. 22. c.
Job. 13. e.

Mr. 14. b.
Lu. 22. c.

Mr. 14. c.
Luc. 22. b.
Job. 6. f.
Mr. 14. c.
Luc. 22. b.
1. Cor. 11. c.
Heb. 9. c.

Mr. 14. c.

Mr. 14. c. Job.

Mr. 14. c.
Zach. 13.
Mr. 14. c.
Job. 16. g.
Mr. 14. c.
Luc. 22. d.

Mr. 14. d. Ro.

Mr. 14. d. Lu.
22. d. Job. 18. a.
Mr. 14. d.